



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXVIII. De remedijs tristitiæ, seu doloris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

go tristitia non facit aliquid corporale nocumētū. F
¶ 2 Præter. Si facit aliquid corporale nocumentum, hoc non est nisi in quantum habet corporalem transmutationem adiunctam: sed corporalis transmutatio inuenitur in omnibus animæ passionibus, ut supra dictum est. Ergo non magis tristitia, quam alia animæ passiones, corpori nocet.

* q. 22. ar. 5. ad 3. circa med. 10. 5.

¶ 3 Præter. Philoſophus dicit in 7. Ethic. quod ira, & concupiscentiæ quibusdam insanias faciunt, quod uidetur esse maximum nocumentum, cum ratio sit excellentissimum eorum quæ sunt in homine: desperatio etiam uidetur esse magis nociua, quam tristitia, cum sit causa tristitiæ. ergo tristitia non magis nocet corpori, quam alia animæ passiones.

SED CONTRA est, quod dicitur Prouerbiorum decimo septimo. Animus gaudens ætatem floridam facit; spiritus tristis exsiccat ossa. Et Prouerbiorum uigesimo quinto. Sicut tinea uestimēto, & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi. Et Eccles. 38. A tristitia festinat mors.

RESPON. Dicendum, quod tristitia inter omnes animæ passiones magis corpori nocet, cuius ratio est: quia tristitia repugnat humanæ uitæ quantum ad speciem motus sui, & non solum quantum ad mensuram, seu quantitatem, sicut alia animæ passiones. Conſistit. n. humana uita in quadam motione, quæ a corde in cætera membra diffunditur: quæ quidem motio conuenit naturæ humanæ secundum aliquam determinatam mensuram. Si ergo ista motio procedat ultra mensuram debitam, repugnat humanæ uitæ secundum quantitatis mensuram, non autem secundum similitudinem speciei. Si autem impediatur processus huius motionis, repugnat uita secundum suam speciem. Est autem attendendum in omnibus animæ passionibus, quod transmutatio corporis, quæ est in eis materialis, est conformis & proportionata motui appetitus, qui est formalis, sicut in omnibus materia proportionatur formæ. Illa ergo animæ passiones quæ important motum appetitus ad prosequendum aliquid, non repugnant uitali motioni secundum speciem, sed possunt repugnare secundum quantitatem, ut amor, gaudium, desiderium, & huiusmodi; & ideo ista secundum speciem suam iuuant naturam corporis, sed propter excessum possunt nocere. Passiones autem, quæ important motum appetitus cum fuga, uel retractione quadam, repugnant uitali motioni non solum secundum quantitatem, sed etiam secundum speciem motus: & ideo simpliciter nocent, sicut timor & desperatio, & præ omnibus tristitia, quæ aggravat animum ex malo præſenti, cuius est fortior impressio, quam futuri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod quia anima naturaliter mouet corpus, spiritualis motus animæ naturaliter est causa transmutationis corporalis: nec est si mile de spiritualibus intentionibus, quæ non habent naturaliter ordinem mouendi alia corpora, quæ non sunt nata moueri ab anima.

AD SECVNDVM dicendum, quod alia passiones habent transmutationem corporalem conformem, secundum suam speciem motioni uitali; sed tristitia contrariam, ut supra dictum est. *

In corp. art.

AD III. dicendum, quod ex leuiori causa impedit usus rationis, qui corrumpatur uita, cum uideamus multas ægri tudines usum rationis tollere, quæ nondum adimunt uitam: & tamē timor & ira maxime nocent tum corporale afferunt ex permissione tristitiæ, pro ab sentiam eius quod cupitur. Ipsa etiam tristitia quandoque rationem auferit, sicut patet in his, qui propter dolorem in melancholiam, uel in maniam incidunt.

De remedijs tristitię seu doloris, in quin que articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de remedijs doloris seu tristitiæ.

ET CIRCA hoc quærunt quinque.

¶ Primo, Vtrum dolor, uel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.

¶ Secundo, Vtrum mitigetur per sicutum.

¶ Tertio, Vtrum per compassionem amicorum.

¶ Quarto, Vtrum per contemplationem ueritatis.

¶ Quinto, Vtrum per somnum, & balnea.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum dolor, uel tristitia mitigetur per quamlibet delectationem.

AD PRIMVM sic proceditur. Vbi, quod non quilibet delectatio mitiget quemlibet dolorem, seu tristitiam. Non enim delectatio tristitiam mitigat, nisi in quantum ei contrariatur. Medicina enim sunt per contraria, ut dicitur in 2. Ethic. sed non quilibet delectatio contrariatur cuiuslibet tristitiæ, ut supra dictum est. Ergo non quilibet delectatio mitigat quilibet tristitiæ.

¶ 2 Præter. Illud quod causat tristitia, non mitigat tristitiam: sed aliquid quod delectationes causant tristitiam, quia, ut dicitur in 9. Ethic. Malus tristatur, quoniam delectatus est. non ergo omnis delectatio mitigat tristitiam.

¶ 3 Præter. Aug. dicit in 4. Conſe. quod ipse fugit de patria, in qua conuersali solitus erat cum amico suo iam mortuo: minus eum querebat oculi eius, ubi cum uidere solebant. ex quo accipi potest, quod illa, in quibus nobis amici mortui, uel absentes communicauerunt, efficiuntur nobis de eorum morte, uel absentia dolentibus. one rosa. sed maxime communicauerunt nobis in delectationibus. ergo ipse delectationes efficiunt nobis dolentibus. onerosæ. non ergo quilibet delectatio mitigat quilibet tristitiæ.

SED CONTRA est, quod Philoſ. dicit in 7. Ethic. quod expellit delectatio tristitiam, & quæ contraria, & quæ contingens si sit fortis.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex prædictis patet, Delectatio est quedam quies appetitus in bono conuenienti, tristitia autem est ex eo quod repugnat appetitui. unde sicut se habet delectatio ad tristitiam in motibus appetitiuis, sic se habet in corporibus quod

¶ Super quæst. uiginti octo articulum primum.

¶ In quæst. 38. duo tantum occurrunt nota. Primum est in 2. art. in responſionibus ad 1. & 3. quod in flente sunt tria, ipse tristitans, obiectum contritans, & effectus tristitię, puta flere. & sunt duæ contrariæ habitudines inter tristitatum, & contritans, & inter tristitatum, & effectum. Nam inter illa est habitudo disci uenientia, inter illa contententia. & propterea effectus ipse, puta flere habens in se utrunque, & est effectus conſon? tristi. & præſentat obiectum contritans ut causam, licet ratio ne obiecti tristitiam auget, propter quod & flens continuatur, receptione tamen sui delectat, & tristitia minuit. & quia res magis ratione sui quam alterius iudicatur: ideo simpliciter conceditur, quod flere non mitigat tristitiæ. Secundum est in art. 4. ad secundum, quod modo intellectus speculatiuus mouetur appetitum etiam interioriorem: sunt enim in cõtemplatione duo, obiectum, & contemplatio eius. Et ex prædictis patet, quod contemplatio hęc est in cõstitutio intellectus in obiectum conaturale. Et propterea licet contemplans triangulum habere tres angulos, ex parte rei contemplatæ nihil dicat, unde appetitus mouetur quia tamen illa contemplatio coniungit conaturali bono in intellectu, quod est uerum, ex hac parte habet uis mouere appetitum sicut quilibet alia cõstitutio in conaturale bono. Et inde est, quod in quocunque genere quis apprehendat se cognoscere, delectatur magis, & minus sicut quod

quod affectus est sci-
entia. & hac doctrina
utere superius, cum
de delectatione con-
templationis dispu-
tas. Quo autem appe-
titus inferior post
moueat, planū est
ex litera, quod ex re-
dundantia fit, ut in
responsione ad 3. di-
citur.

ex quocunque procedat.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet non omnis
delectatio contrarietur omni tristitie secundum spem,
contrariatur tamen secundum genus, ut supra dictū
est. & ideo ex parte dispositionis subiecti qualibet tristi-
tia per quamlibet delectationem mitigari potest.

AD SECUNDUM dicendum, quod delectationes ma-
lorum non causant tristitiam in presenti, sed in futu-
ro, in quantum. scilicet mali penitent de malis, de quibus
lætitiā habuerunt, & huic tristitiæ subuenitur per
contrarias delectationes.

AD III. dicendum, quod quando sunt duæ causæ ad
contrarios motus inclinantes, utraque alteram impe-
dit: & tamē illa finaliter vincit, quæ fortior est & diu-
turnior. In eo autem qui tristatur de his, in quibus si-
mul cum amico mortuo, uel absente delectari cōsue-
nit, duæ causæ in contrariū inducentes inueniuntur.
Nā mors, uel absentia amici recogitata inclināt ad do-
lorem: bonū autē præsens inclināt ad delectationē,
unde utrunque per alterum minuitur: sed tamen quæ
fortius mouet sensus præsentis, quā memoria præ-
teriti: & amor sui ipsius quā amor alterius diuturnius
manet, inde est quod finaliter delectatio tristitiam expel-
lit. Unde post pauca subdit idem Aug. * quod tristiti-
nis generibus delectationum cedebat dolor eius.

ARTICVLVS II.

Utrum dolor, uel tristitia mitigetur per fletum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vt, quod fletus nō
mitiget tristitiam. Nullus enim effectus diminuit
suam causam: sed fletus, uel gemitus est effectus tri-
stitiæ, ergo non minuit tristitiam.

¶ 2. Præter. Sicut fletus, uel gemitus est effectus tristitiæ,
ita risus est effectus lætitiæ: sed risus non minuit læti-
tiam, ergo fletus non mitigat tristitiam.

¶ 3. Præter. In fletu representatur nobis malum contri-
stans: sed imaginatio rei contristantis auget tristitiā,
sicut imaginatio rei delectantis auget lætitiā, ergo
uidetur, quod fletus non mitiget tristitiam.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 4. Conf.*
quod quando dolebat de morte amici, in solis gemi-
tibus, & lacrymis erat ei aliquantula requies.

RESPON. Dicendum, quod lacrymæ, & gemitus
naturaliter mitigant tristitiam: & hoc duplici rōne.
Primo quidem, quia oēs nociuū interioris clausum ma-
gis affligit, quia magis multiplicatur intentio aīe cir-
ca ipsum; sed quā ad exteriora diffunditur, tunc aīe
intentio ad exteriora quodam modo disgregatur, &
sic interior dolor minuitur. & pp hoc quā homines quod
sunt in tristitijs, exterius suam tristitiam manifestāt
uel fletu, aut gemitu, uel et uerbo, mitigatur tristitia.
Secundo, quia semper operatio conueniens hōi secū-
dum dispositionem in qua est, sibi est delectabilis: fletus
autem & gemitus sunt quædam operationes conue-
nientes tristato uel dolenti, & ideo efficiuntur eis dele-
ctabiles. Cum igitur omnis delectatio aliquantulum mi-

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod do-
lor amici compatientis non mitiget tristitiā.
Contrariorū enim contrarii sunt effectus, sed
sicut Aug. dicit 7. Conf.* Quando cū multis gaudet
in singulis uberius est gaudium, quia feruere faciunt
se, & inflammantur ex alterutro, ergo pari rōne, quā
multi simul tristatur, uidetur quod sit maior tristitia.
¶ 2. Præter. Hoc requirit amicitia, ut amoris uicē quis
repandat, ut Aug. dicit 4. Conf.† sed amicus condolens,
doleret de dolore amici dolentis, ergo ipse dolor
amici condolentis, est causa amico prius dolenti de
proprio malo alteri? doloris, & sic duplicato dolo-
re uidetur tristitia crescere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ipsa habi-
do causæ ad effectum contrariatur habitudini cō-
stantis ad contristatum: nam omnis effectus est con-
ueniens suæ causæ, & per consequens est ei delecta-
bilis. contristans autem contrariatur contristato, &
ideo effectus tristitiæ habet contrariam habitudinē
magis ad contristatum, quā in contristans ad ipsum.
& propter hoc mitigatur tristitia per effectum tristi-
tiæ ratione contrarietatis prædictæ.

AD SECUNDUM Dicendum, quod habitudo esse
ctus ad causam est similis habitudini delectantis ad
delectatū, quia utrobique cōuenientia inuenitur. om-
ne autem simile auget suum simile, & ideo per risū
& alios effectus lætitiæ augetur lætitia, nisi forte per
accidens propter excessum.

AD TERTIUM Dicendum, quod imaginatio rei
contristantis quantum est de se, nara est augete tri-
stitiam: sed ex hoc ipso quod homo imaginatur, quod
facit illud quod conuenit sibi secundum talem sta-
tum, confurgit inde quedam delectatio. & eadem ra-
tione si alicui subrepat risus in statu, in quo uidetur
sibi esse lugendum, ex hoc ipso dolet tanquam faci-
at id, quod non conuenit, ut Tullius dicit in 3. de
Tuscul. quæstionibus.

ARTICVLVS III.

Utrum dolor, & tristitia mitigentur per compas-
sionem amicorum.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur quod do-
lor amici compatientis non mitiget tristitiā.
Contrariorū enim contrarii sunt effectus, sed
sicut Aug. dicit 7. Conf.* Quando cū multis gaudet
in singulis uberius est gaudium, quia feruere faciunt
se, & inflammantur ex alterutro, ergo pari rōne, quā
multi simul tristatur, uidetur quod sit maior tristitia.
¶ 2. Præter. Hoc requirit amicitia, ut amoris uicē quis
repandat, ut Aug. dicit 4. Conf.† sed amicus condolens,
doleret de dolore amici dolentis, ergo ipse dolor
amici condolentis, est causa amico prius dolenti de
proprio malo alteri? doloris, & sic duplicato dolo-
re uidetur tristitia crescere.

¶ 3. Præter. Omne malū amici est contristans, sicut &
malum proprium. nam amicus est alter ipse: sed do-
lor est quoddam malum, ergo dolor amici condole-
tis auget tristitiam amico, cui condoletur.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 9.
Eth.* quod in tristitijs amicus condolens consolatur.

RESPON. Dicendum, quod naturaliter amicus
condolens in tristitijs est consolatiuus, cuius duplicē
rōnem tangit Phil. in 9. Eth.* quarum prima est, quia
cum ad tristitiam pertineat aggrauare, habet rōnem
cuiusdam oneris, a quo aliquis aggrauatus alleuari
conatur. Cū ergo aliquis uidet de sua tristitia alios
contristatos, fit ei quasi quedam imaginatio, quod
illud onus alii cum ipso ferant, quasi conantes ad ip-
sum ab onere alleuiandum. & iō leuius fert tristitiæ
onus sicut et in portandis oneribus corporalib. cōtin-
git. Secunda rō & melior est, quia p hoc quod ami-
ci contristantur ei, percipit se ab eis amari, quod est
delectabile, ut supra dictum est. * unde cum omnis
delectatio mitiget tristitiam, sicut supra dictum est, *
sequit, quod amicus condolens tristitiam mitiget.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in utroque ami-
citiā manifestatur, scilicet & quod congaudet gauden-
ti, & quod condolet dolenti, & ideo utrunque
Prima Secunda S. Thomæ. L 2 ratione

Joh. 8. & c.
16. & Rom.
13. lec. 3.
Li. 7. Conf. c.
4. parum a
prin. & li. 8.
c. 4. to. 1.

Li. 4. c. 10. in
prin. to. 1.

c. 11. an. me.
to. 5.

Ibid.

9. 33. ar. 5.
Ar. 1. huius q.

Lib. 4. Conf.
ca. 8. parum
a prin. to. 1.

Dial. 1.

Ca. 4. in fine
Et c. 7. parū
ante med.
om.

gens

oio

gnat

tribus

causa redditur delectabile.
 SECUNDVM dicendum, qd ipse dolor amari sicut
 tristaret, sed consideratio cause eius, qua est
 magis delectat. Et per hoc patet responsio ad 3.

ARTICVLVS III.

*Vtrum per contemplationem veritatis, dolor,
& tristitia mitigentur.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, qd contem-
 platio veritatis non mitiget dolorem. Dicit enim
 Eccl. 2. Qui addit scientiam, addit & dolorem: sed scien-
 tia ad contemplationem veritatis pertinet. non ergo
 contemplatio veritatis mitigat dolorem.

¶ 2 Præ. Contemplatio veritatis ad intellectum spe-
 culatiuum pertinet: sed intellectus speculatiuus non
 mouet, ut dicitur in 3. de anima. cum igitur gaudium, & do-
 lor sint quidam motus animi, videtur qd contem-
 platio veritatis nihil faciat ad mitigationem doloris.

¶ 3 Præ. Remediis ægritudinis apponendū est, ubi
 est ægritudo: sed contemplatio veritatis est in intellectu.
 non ergo mitigat dolorem corporalem, qui est in sensu.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. Soliloquio.
 * Videbatur mihi, si se ille mentibus nostris verita-
 tis fulgor aperiret, aut non me sensurum fuisse illi
 dolorem, aut certe pro nihilo toleraturum.

RESPON. Dicendum, sicut supra dictum est, qd
 in contemplatione veritatis maxima delectatio con-
 sistit. Omnis autem delectatio dolorem mitigat, ut
 supra dictum est: & ideo contemplatio veritatis miti-
 gat tristitiam, uel dolorem: & tanto magis, quanto
 perfectius aliquis est amator sapientie: & ideo homi-
 nes ex contemplatione diuina, & futuræ beatitudi-
 nis, in tribulationibus gaudent, secundum illud Iac.
 1. Omne gaudium exiistimate fratres mei, cum in te-
 tationes varias incideritis. & quod est amplius, et in
 ter corporis cruciatus, huiusmodi gaudium inueni-
 tur, sicut Tyburtius martyr cum nudatis plantis su-
 per ardentem prunas incedere, dixit. Vt mihi, quod
 super roseos flores incedam in nomine Iesu Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod qui addit
 scientiam, addit dolorem, uel propter difficultatē
 & defectum inueniendæ veritatis, uel propter hoc
 qd per scientiam homo cognoscit multa, quæ uolunta-
 ti contrariantur. & sic ex parte rerum cognitarum
 scientia dolorem causat. ex parte autem contempla-
 tionis veritatis, delectationem.

AD SECUNDVM dicendum, quod intellectus spe-
 culatiuus non mouet animū ex parte rei speculatae;
 mouet tñ animū ex parte ipsius contemplationis, qd est
 quoddam bonum hominis, & naturaliter delectabilis.

AD TERTIUM dicendum, quod in uiribus ani-
 mæ sit redundantia a superiori ad inferius, & secun-
 dum hoc delectatio contemplationis, quæ est in su-
 periori parte, redundat ad mitigandum etiā dolo-
 rem, qui est in sensu.

ARTICVLVS V.

Vtrum dolor, & tristitia mitigentur per somnum, & balnea.

Phil. 29.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod som-
 nus & balneum non mitigent tristitiam. Tris-
 titia enim in anima consistit: sed somnus & balneū
 ad corpus pertinent. non ergo aliquid faciunt ad mi-
 tigationem tristitiæ.

¶ 2 Præ. Idem effectus non uidetur causari ex con-
 trariis causis: sed huiusmodi cum sint corporalia, re-

F pugnat contemplationi ueritatis, quæ est causa miti-
 gationis tristitiæ, ut dictum est. * non ergo per hu-
 iusmodi tristitia mitigatur.

¶ 3 Præ. Tristitia, & dolor, secundum quod perti-
 nent ad corpus, in quadam transmutatione cordis
 consistunt: sed huiusmodi remedia magis uidentur
 pertinere ad exteriores sensus & membra, quam ad
 interiorum cordis dispositionem. non ergo per hu-
 iusmodi tristitia mitigatur.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit 9. Confes. Au-
 dieram balnei nomen in de dictum, quod anxietatē
 pellat ex animo. Et Isra. Dormiui, & euigilaui, & non
 parua ex parte mitigatum inueni dolorem meum.
 Et adducit quod in hymno Ambrosii dicitur, quod
 quies. artus solutos reddidit laboris usui, mentesque
 fessas allenat, luctusque soluit anxios.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est,
 * Tristitia secundum suam speciem repugnat uitali
 motioni corporis: & ideo illa quæ reformant naturā
 corporalem in debitum statum uitalis motionis, re-
 pugnant tristitiæ, & ipsam mitigat. Per hoc etiā qd
 huiusmodi remediis reducitur natura ad debitum
 statum, causatur ex his delectatio. hoc enim est quod
 delectationem facit, ut supra dictum est. * unde cum
 omnis delectatio tristitiam mitiget, per huiusmodi
 remedia corporalia tristitia mitigatur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ipsa debita
 corporis dispositio, in quantum sentitur, delectatio-
 nem causat, & per consequens tristitiam mitigat.

AD SECUNDVM dicendum, qd delectationū una
 aliā impedit, ut supra dictum est: & tñ omnis delecta-
 tio tristitiam mitigat, uñ non est inconueniens, qd ex
 causis seinuicem impediuntur tristitia mitigetur.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis bonadi-
 positio corporis redundat quodammodo ad cor-
 cut ad principium, & finem corporalium motio-
 num, ut dicitur in lib. de causa motus animalium.

QVAESTIO XXXIX.

*Super qua trigesima
 nona articulum pri-
 mum.*

*De bonitate, & malitia tristitiæ, seu do-
 loris, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum
 est de bonitate, & mali-
 tia doloris, uel tristitiæ.

ET CIRCA hoc querū-
 tur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnis tristitia
 sit malum.

¶ Secundo, Vtrum possit esse bo-
 num honestum. (1c.

¶ Tertio, vtrū possit esse bonū uti

¶ Quarto, Vtrum dolor corporis
 sit summum malum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis tristitia sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur.
 Videtur quod omnis tristitia
 sit mala. Dicit enim * Greg. Nyss.
 Omnis tristitia malum est sui-
 ptius natura: sed quod naturaliter
 est malum, semper & ubique est
 malum. ergo omnis tristitia est
 mala.

¶ 2 Præ. Illud quod oēs fugiunt,

*In articulo. quæ-
 39. dubium occur-
 rit, de qua bonitate
 uel malitia sit præ-
 sens questio. si de
 naturali sit, incepto in
 fine corporis articu-
 li dicitur, sed quia
 sermones morales. Ad
 moralem enim mo-
 ralis malitia spectat.
 Si de naturali, fallat
 deur doctrina, tum
 quia si tristitia esset
 simpliciter mala mo-
 raliter, nulla posset
 ratione fieri bona
 moraliter, cuius oppo-
 situm in 2. & 3. ar-
 ticulo habetur: tum
 quia ratio inducta in
 litera, in ethica est ad
 hoc nam recta ratio
 habet quod appetit
 quandoque priuatum
 quiete in bono, &
 anxietur de presen-
 ti malo, ut patet in
 uoluntarium assum-
 ptibus luctum pro-
 pter Deum.
 ¶ Ad hoc dicitur
 quod hic est sermo
 de bonitate & mali-
 tia morali, sicut in
 supe-*